



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac  
Denique morte Praedicatorum Lutheranorum, Doct.  
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii  
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima  
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et  
Andreae Osiandri

**Ulenberg, Kaspar**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

V. Colloqu. Marpurgense inter Lutheran. & Zuinglian. sine fructu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)



ANNO  
1529.

Landgravi<sup>9</sup>  
sectarios  
Marpurgi  
ad Colloq.  
euocat.

*Cam. in vit.*  
*Mel. pa. 120*  
Aetefigna-  
ni Luthe-  
ranorum &  
Sacrament.

*Peuc. pag.*  
13. 14. 15.

Landgra-  
uij disposi-  
tio inter  
Collocuto-  
res.

& Heluetios exarserat: Scilicet vt deinceps  
vtrique Romanam Ecclesiam animis viri-  
busque coniunctis fortiùs oppugnarent. Hoc  
verò negotium Philippus Hafsia Landgra-  
uius, per Sacramentarios interpellatus, præ  
cæteris curæ habuit; qui primi nominis quos-  
dam vtriusque sectæ Doctores Marpurgum  
euocauit, facturum periculum, an cruentum  
hoc dissidium componi posset. Venerunt  
istuc è Lutheranis Lutherus ipse, Melanch-  
thon, Ionas, Osiander, Brentius & Agricola  
quidam: E Sacramentarijs verò Zvvinglius,  
OEcopolampadius, Hedio, Bucerus. Voluit  
autè Landgravius, vt ante congressum publi-  
cū, bini & bini vtriusque partis de summâ rei  
separatim colloquerentur, futurū ratus, vt ex-  
peditor esset postmodū actio publica, si pri<sup>9</sup>  
alij priuatim aliorum animos pertentarent.

Cæterum quia Lutherum & Zvvinglium  
feroci atque impetuoso ingenio esse nouerat,  
verebatur, si eos coniungeret, ne vel in ipso  
actionis limine turbarū aliquid aut incom-  
modi nasceretur. Mandauit igitur, vt OËco-  
lampadius cum Luthero, cū Zvvinglio Me-  
lanchthon in colloquiū veniret, quorū vterque  
mansuetudinis & placidioris ingenij nomine  
cōmendabatur. Nec male cefsit cōsiliū: Siqui-  
dè Melanchthon Zvvingliū, Lutherū OËco-  
lampadius temperie quadam & mansuetudi-  
ne ita cohibuit, vt satis cōmodus esset primus  
hic cōgressus; in quo bini & bini separatim,  
vti diximus, de controuersis dogmatibus cō-  
tulerunt.

tulerūt. Et quidē de plerisq; capitibus vtcūq; conuentum est, de peccato originali, de virtute Baptismatis, de energiâ ministerij ecclesiastici, de confessione priuatâ, alijsq; nonnullis. Vnicum remansit caput de Eucharistia, quod ad publicam actionem reiectum fuit: In qua postquam Lutherus & Zvvinglius in colloquium venerunt, acris exorta fuit contentio. Ea verò cuiusmodi fuerit, in vita Lutheri diximus.

Sub finem actionis Sacramentarij multas SS. Patrum sententias de scripto recitarunt, excerptas in hunc finem, vt eandem esse veterum Patrum, & suâ de Eucharistia sententiam ostenderent. Obtulerunt & Lutherani dicta Patrum eundem in finem congesta, nimirum vt se prorsus idem sentire cum Patribus Ecclesiæ veteris in hac controuersia demonstrarent. Atque ita Conuentus ille solutus fuit, dogmate de Eucharistia non conciliato; quanquam eius gratia potissimum indictus erat. In discessu, cum sibi mutuò valedicerent, Lutherani Sacramentarios pro fratribus agnoscere prorsus recusarunt; tametsi Zvvinglius hoc ipsum instanter, etiam profusis vbertim lacrymis à Luthero peteret. Melanchthon verò paulò post de hoc colloquio litteras dedit ad Electorem Saxonem, eiq; breuiter totam rei gestæ seriem perscripsit.

Cæterum que Lutherani sub finem actionis Sanctorum Patrum dicta recitarunt, ea

ANNO  
1529.  
Dogma  
Eucharisti-  
cum ma-  
ner cōtro-  
uersum.

Dicta SS.  
Patrum in  
vtramque  
partem al-  
legantur.

Sacramen-  
tariorum  
votum de  
agnoscēdis  
fratribus.  
Seln. contr.  
Pezel. f. 78.

V.